

Dialogus eloquentissimi atque reuerendi patris domini Enee filij poete laureati atque episcopi senensis postea pape secundi contra bohemos atque thaboritas habitus de sacra communione corporis christi feliciter incipit.

Reuerendissimo in christo et colendissimo patri domino Johanni de Carual sacro sancte romane ecclesie sancti angeli diacono cardinali. Eneas episcopus. Senensis S. P. dicit. Quauis apud bohemos apostolice sedis legationem obieris et omnes illius gentis mores oppositionesque noscas. tamen quod perueri quidam homines novos in dies errores cadunt. Et ego nupersussu cesaris in bohemia fui. cognoui que bonos et malos. Et multa tamen eis contuli et audiui. multa que sancte apostolicam intelligere non est inutile. de creui que hac in via mihi contigerunt tue dignationi prescribere. Quod si magna papirum impleueronon tamen erit arguenda narratio. quod res plurimas non potest breuis epistola comprehendere. Et cauendum est ne fiam obscurus dum breuis est laborio. pretermittam nihilominus locos illustriores. Adhibeat mihi benignas aures tua modestia. bonique consula: si liberius scripsero quam tue dignitati par sit. Nam vetus noticia et usura que inter nos olim fuit. audacem me facit. Sed incipiam iam narrare. quod

